formans te ex te verba ſm tuū affectuꝫ vel aſſumēs verba ad illum affectum deſeruientia iā cōpoſita et formata. Sed hunc modū in prolixioribus oratiōibus difficilius et graue maxime capiti eſt continuare: et ergo oportet vt deuote attendas qd legas/ ꝛ inde moderate formes affectum ꝛ deuotionē ex ſenſu in oratione: cuſtodiens cor tuū ab euagatione. Interdum cū te in oratione conſcientia vrget/ ꝛ xp̄m fiducialiter timore percuſſus adorare formidas: ſm conſilium beati Job: conuertere ad aliquem ſanctorum et deprecare eum vt oret pro te: quod genus orandi dicitur poſtulatio. Clama: Sancta Maria ora pro me ꝛc. Sed et pro breuibus et magnis orationibuſ habe tempora cōſtituta. Breues autem orationes maxime debes arripere/ quando te temptatio comprehendit ne te deijciat. Quando exibis domum vt dominus cuſtodiat introitum tuum et exitum tuū/ ſicut ſancti patres conſueuerunt ſm Hiero. Item quotiens tibi peccatum innoteſcit/ ſiue per admonitionē alterius/ vel tui examinationē: ꝛ ſic de alijs.

Incipit aſcēſio tertia qua debellādo vitia aſcendim⁹ de virtute in virtutē: et vires anime deſtitutas rurſū reformam⁹: precipue de duobus que īpediūt aſcēdentes aſcenſu ſpirituali. Ca. xlviij.

Tene cor hominis altū propheta deſcribit ad cui⁹ ſūmitatem vel ſūmum apiceꝫ nō niſi tot aſcēſiōib⁹ puenit. Nec mirꝫ tn̄ ſi altuꝫ dicit ipm/ cū ſuperior eiuſ portio ſi bene eēt ordīata

immediate deuʒ attingeret et ei ſoli ſubeſſet:ita vt ſi in ſuperiori pte mentis tue ſtares:adeo alte reſpiceres vt ipſum deum cernere poſſes/q̄uis non per eſſētiam propter tuam ī idoneitatem vel oculorum adhuc impuritatem ⁊ infirmitatem. Igitur altus mōs eſt hūana mēs ad quā aſcēſiōeſ in corde diſponim⁹. Sʒ vtinā labor eēt ſolūmō ex altitudīe aſcēſ⁹ ⁊ multitudīe graduū aſcenſionū eſſetqʒ al's via tuta ab hoſtib⁹ eſſetqʒ plana et directa ad ambulādū ī ea. Sed nunc hec duo plurimū/impediunt et retrahunt ab aſcenſu/videlicet multitudo hoſtium aſcenſum ip̄m obſidentium:et ignorantia viarum. Siquidem ipſa via que ducit ad vitam arta eſt a dextris/⁊ a ſiniſtriſ ab inimicis circumcluſa/qui aſcendentes p eam mittentes ſagittas ignitas grauiter vulnerant. Ipſi enī hoſtes viam obſidentes/intendunt arcum vt ſagittent tendentem ad cor īmaculatum et cordis puritatem. Uincula etiā.id eſt rerum inferiorum affectiones ad pedes pijciunt vt ita laqueis ſuis vl' infra trahant/ſeu a dextris vel ſiniſtris a via regia p̄cipitent: ita vt videas mille cadentes a ſiniſtris vie huius:decem vero milia a dextris ei⁹. Uñ et ipſi īimici ſimul narrauerunt vt abſconderent laqueos atqʒ adeo occultauerūt vt dicerēt:quis videbit eos? Sed et via ipſa multa habet diuerticula. Sunt enī circumquaqʒ a dextris ⁊ a ſiniſtris iuxta viam multe ſemite que videntur bone:ſed nouiſſima earum ducunt ad inferos. Sed et īimici magis nituntur ſepe decipere viarum ſeductione/q̄ʒ opprimere violenta temptatiōe. Induūt enim ipſa vitia frequenter ſplendorem ⁊ de

corem virtutum et iungunt ſe aſcendentibus quaſi
aliunde et non de pte aduerſariorum venientes/ quē
admodum gabaonite populum dei deceperūt.

¶ Qualiter vitia vires aīe occupāt et im pediūt ſpiritaliter aſcēdentez. Ca. xlviij

Sicut aūt ſuperius diximus vires et poten-
tie anime concupiſcibilis et iraſcibilis: et ani
me affectiones que homini a deo fuerunt da
te/ vt quotiens ipſe homo ſupra vellet aſcendere/ vl'
infra deſcendere: p̄dicte eum vires et ſupra aſcendē-
tem et infra deſcendentem: ſine labore: et ſine timore
inimicorum deberent deducere cū q̄ete. In caſu autez
p̄mi hoīs ipe vires deſtitute facte ſūt cōtrarie: ⁊ ca-
ſtrametati ſunt ibi inimici nr̄i. Supbia etem̄ vitiorum
regina et ſathane p̄mogenita/ ipa nūc in harū viriū
arce habitat/ et loco ſupiori: et in reliq̄s affectiōibus
et potentijs et appetitibus iuxta viā q̄ te oportet aſ-
cendere conſtitutis: ſeptē duces. id ē ſeptē vitia capi
talia diſpoſuit ad viā cuſtodiēdā q̄ calcaneuz obſer-
uent aſcēdētis. Itaq3 ſic ex ſupius dictis apparuit/
qm̄ via ḡduū directa ē p caſtra ꝯcupiſcibil' ⁊ iraſci-
bil' ⁊c. q̄ ſūt ab inimicis ꝓpt lapſū p̄mi hoīs qdam
mō poſſeſſa: videlicet gula: luxuria: ⁊c. Iō oportet
te ſucceſſiue ꝯ vitia iſta q̄ in p̄miſſis virib⁹ cōmorāt
preliū arripe/ atq3 cōtra cōcupiſcētias ex p̄mo deſcē
ſu in nobis ſurgētes cōtinue p̄liari. Et ita tertia aſcē
ſio cuius gradus nūc diſponim⁹ qdāmō ordinat' cō
tra p̄mū deſcenſū in Adā. Nō ē autē iſta aſcēſio ſup
p̄miſſas aſcēſiōes altior: ſ collateralis vl' certe vna ⁊